



1711.

1. Barkensleinus, Johannes Christophorus: De haereticis.
Accent oratio de causis corruptae jurisprudentiae
(Oratio deest).
2. Martinus, Ignatius Josephus: De feudis ecclesiasticis.
3. Boecklerus, Johann Maria: De emphyteosibus.
4. Feltyus, Johann Mauritius: De usu fructus censuali
Villagum. tam in foro Romano quam in foro
Gallico.
5. Feltyus, Johann Mauritius: De clandestina
susceptione.
6. Herrenberger, Johann Nicolaus: De decimis.
7. Marbachius, Ursus: Excitationum . . . ad L.
decisiones Imp. Justiniani I. prima ad l. ult. C.
de negotiis gestis: De negotiis prosterbenle domus
gestis.

1711.

8. Scherzger, Johann Georgius: De ostracismo

9. Scherzger, Johann Georgius: Differentiæ aliquot
juris statutarii Argentiniensis et juris civilis Ro-
mani

10. Schrenck, Franz Nicolaus: De recussatione

1712

1. Brodlerus, Joh. Henricus: De tumultibus rusticis
seculo XVI motis

2. Brodlerus, Johann Henricus: De jure primogenituræ
et apanagii

3. Feltyus, Joh. Henricus: Ex historia Henrici sancti
Imp. Rom. Germanici selecta quædam.

1713.

1. Feltyus, Joh. Henr.: De testibus ultimarum volun-
tatum.

1713

2. Feischmann, Jo. Frid: De tutela dativa pupillorum
Illustratum
3. Gering, Philippus Reinhardus: De conventibus deputato-
rum nobilitatis . . . Dec. 1737.
4. Hammerer, Joh. Fridericus: De juramento calumniae.
5. Menweg, Ludovicus Zenobius: De usaris.
6. Milet, Stephanus: De jurisdictione patrimoniali.
Gallis des droits de justice
7. Scherzias, Joh. Georgius: De juramento substitutionis
8. Scherzias, Joh. Georgius: De vindicta honorum.
9. Weidmann, Francisc. Theophilus: De praescriptione actio-
nis hypothecariae

1714.

1. Boederus, Johann Henricus: De agrimensoribus.

1714

2. Felgus, Joh. Maurus: Quaestiones quaedam de fidei
commisissis feudial
3. Felgus, Joh. Maurus: Ex historia Maurici Sancti
Imp. Rom. Germanici selecta quaedam.
4. Felgus, Johannis Mauricus: Excerpta controversiarum
juridicarum de commutato
5. Felgus, Johannis Mauricus: Controversiae quaedam
circa successiones ab intestato quoad ascendentes et
collaterales.
6. Pies, Johann Josephus: De contumacia.
7. Gabriel, Ludovicus Claudius: De impotentibus legitimis
et ab intestato in Trebellianicam.
8. Helmsletter, Phil. Henr: An status ecclesiastici adveniens
regalis tempore Francorum?
9. Humingerus, Joh. Sigismundus: De mesenterio.

1714

Ma
Sal
si re
pro
Wid
R
715
M
?
J
de
Fe
Fe
ca
Fe
ca
Fl



714.

- Navarre, Franciscus, de: De officio judicis
Salomon, Vitalis: An filius fideicommissi gravatus,
si reliquat liberos, teneatur ad fideicommissi
praestationem?
Widow, Conrad: Specimen processus optimus juris
Romani leges septuaginta.

715


- Boellerus, W. Henr.: De Senatus consulto Maec.
Domitius.
Felljus, Johannes Henricus: De benedictione sacer.
dotati
Felljus, Johannes Henricus: De rei vindicatione
Felljus, Johannes Henricus: De donationibus mortis
causa.
Felljus, Johannes Henricus: De differentia usurarum
et annuorum reddituum.
Felljus, Johannes Henricus: De tutela materna et avita.

1715.

7. Feltyus, Joh. Henricus: De cambiore usurae et hanc

8. Scherzinger, Joh. Georgius: De legitimatione per subse-
quens matrimonium.

9. Liberradius, Elias: De regum visoribus et proclibus
fide pro jurjurando valente.



1715
Felix, M. H. : de canonicis in perpetuum
Sedulius, M. G. : de legitimacione per sicut
in matrimonium.
S. Innocentius, L. : de regis vicariis per sicut
per sicut in vicariis.





JOHANNIS & CRISTOPHORI
BARONII & FLINII

HEREDITARIIS,
MEDICIS

ET IV.

Samptlich in der Buchhandlung
DVLSTOCKERL

ANNO MDCCLXIII



DISSERTATIO INAUGURALIS

29

17147

DE

IMPUTATIONE
LEGITIMÆ ET
ALIARUM RERUM IN
TREBELLIANICAM

Quam

Præside DEO

Ex Decreto Illustri & Magni-
fici Jctorum Ordinis

In hac REGIA Argentoratensium
Universitate

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure honores & Privi-
legia Doctoralia ritè obtinendi


Solemni Disquisitioni sistet

ad diem 17. Sept. 1714.

LUDOVICUS CLAUDIUS
GABRIEL,

Metensis.

ARGENTORATI, Literis DANIELIS MAAGII.



De



fideico
gravat
Dico ,
gravat
particu
& don
feré q





DISSERTATIO

De Imputandis in Trebellianicam.

THESIS I.

Rebellianica dicta à SC. Trebelliano quod cum Pegasiano confusum, est quarta pars deducenda ab eo herede, qui fideicommisso universali ultra dodrantem gravatus est *i. i. f. de Fideicommiss. hered.* Dico, ab eo qui *fideicommisso universali gravatus est.* Nam à fideicommissis particularibus & legatis, cum quibus & donationes mortis causa per omnia ferè quoad effectum comparantur dedu-

ducitur ab herede iis ultra dodrantem gravato Quarta Falcidia ita appellata a Plebisciti Autore Falcidio *Tribuno plebis. pr. J. de Lege Falcid.*

THES. II.

Inculcari autem solet insignis differentia inter Falcidiæ & Trebellianicæ deductionem. Illa integraliter (ut ita loquar) deducitur ab herede, ita ut legata vel fideicommissa à cohærede præstanda quartam neque summoveant, neque diminuunt. *l. 91. ff. ad L. Falc.* Hæc autem deducitur, respectu habito ad ea, qua *ex iudicio testantis ad heredem pervenerunt*, ea scilicet ratione ut, si e. g. legata vel fideicommissa à cohærede expectentur vel jam soluta sint in Trebellianicæ quartæ rationem seu computationem veniant. *L. Mulier. 22. §. 2. ff. ad SC. Treb.*

THES. III.

Regula ergo generalis nobis suppeditatur de imputandis in Trebellianicam: *Ea*

*Ea quæ
venerunt
quæ ex
sed aut
c. 1. ita
venerunt
Trebellianicæ*

*D
gaturum
universum
testamentum
idem in
dubio
que c
l. 22. §. 2.*

*I
sum
Legatum
Donatum
is ca
adeo*

Ea quæ judicio Testantis ad heredem pervenerunt, imputantur in Trebellianicam, quæ exclusive valet, non vi contrarii sensus, sed autoritate legis allegatæ Mulier. 22. ff. c. 1. ita, ut Ea, quæ judicio testantis non pervenerunt ad heredem, non numerentur in Trebellianicam.

THESES. IV.

Descendamus ad singularia. Nemo negaturus est, Legata & Fideicommissa tam universalia quam particularia ex voluntate testatoris dependere & valere, Ergo & eadem in quartam Trebellianicam sine ullo dubio erunt imputanda, uti id ulterius quoque confirmat. *l. 91. ff. ad L. F. l. 74. eod. l. 22. §. 2. ad SC. Treb.*

THESES. V.

Donationes mortis causa in hunc censum vocare nos jubet comparatio cum Legatis ab Imperatore instituta *princ. f. de Donat.* nec obstat, quod *Donationes mortis causa in testamento non relinquuntur, adeoque ex judicio testatis, ut testantis, non depne.*

pendeant, sed respondetur, testatorem hic sumi pro quovis ultimam suam voluntatem declarante.

THESES. VI.

Sic & Fructus in quartam imputantur per *l. 18. §. 1. ff. ad SC. Treb.* Obstare videtur eadem lex in pr. ubi dicitur in *fideicommissaria hereditatis restitutione non venire fructus*. Sed puto ego distinguendam non tantum esse restitutionem fructuum à computatione fructuum in quartam, sed & insuper consulendam esse quoad imputationem fructuum *legem Mulier. 22. §. 2. ff. ad SC. Trebell.* ubi distinguitur inter Fideicommissum purum & conditionale seu in diem relictum. Illo casu non imputantur, quia fructus qui tunc percepti sunt, negligentia petentis, non iudicio defuncti percepti videntur. Nisi mora fiduciarii adsit aut etiam in casu negligentia petentis specialiter fuerit rogatus & fructus restituere *l. 18. pr. ff. ad SC. Treb.* Hoc ca. su

si, si sub conditione vel in diem rogatus sit restituere, tunc quod percipitur summovet Falcidiam: si tantum fuerit quantum quartam facit & quartæ fructus. Nam fructus, qui medio tempore percepti sunt, ex iudicio testantis percepti videntur. *d. l. 22.*

THESES. VII.

Illæ etiam, quæ dolo heredis fiducia-riæ, aut culpa, quæ dolo proxima est, aut in rebus suis consuetâ negligentia perierunt, quartæ applicabuntur. Hinc si ædes e. g. uisæ sunt culpa ejus, earum reddet rationem *d. l. Mulier. §. 3.*

THESES. VIII.

An vero Legitima Trebellianicæ impuretur, vel, an filius fideicommissio gravatus præter Legitimam etiam deducere possit Trebellianicam? DD. magro cum animorum certamine disquirunt. Jure Canonico res est decisa per *Cap. Raynut. 18. & Raynald. 18. X. de Testam. & ult. vol.*
Sed

Sed Jure Civili maximopere adhuc disceptatur.

THES. IX.

Affirmantes filium posse duplicem quartam deducere adducunt *argumentum legis 3. §. 2. ad SC. Treb.* in qua dicitur Aristonem respondisse & ex legatis & ex fideicommissis quartam deducendam esse, Ergo duplicis quartæ deductionem non esse contra Juris Civilis analogiam contendunt.

THES. X.

Secundò adducunt legem 8. §. 14. ff. de inoff. Test. ubi ille, qui fideicommissio gravatus est Testamentum inofficiosum improbe dixit & non obtinuit dicitur solum perdere Falcidiam i. e. Legitimam, Ergo deducet adhuc Trebellianicam per verba: *Ceterum si rogatus est restituere non debet injuria fieri.* Quis ergo non videt, eum si obtinisset, duplici portione gavisum fuisse.

THES.

THES. XI.

Tertio in medium afferunt supra al-
legatam l. 22. *Mulier. ad SC. Treb.* in qua
Palladium sententiæ suæ quærunt. Dici-
tur in isto textu, quod fructus qui per-
cepti sunt negligentia petentis non impu-
tentur in Trebellianicam, ex ratione, quod
non *judicio* defuncti percepti videntur.

THES. XII.

Unde ita ratiocinantur: *Illud non im-
putatur in Trebellianicam, quod judicio de-
functi non percipitur, Atqui Legitima ju-
dicio defuncti non percipitur, Ergo Legiti-
ma non imputatur in Trebellianicam & per
consequens præter Legitimam etiam dedu-
ci potest Trebellianica.*

THES. XIII.

Minorem probant ex eo, quod debeat
Legitima sola autoritate Legis, quippe &
invito Testatore absque ejus *judicio* libe-
ris necessarió relinquenda & quidem libe-
ra ab omni onere dilationis aut conditio-
nis

B

nis

nis aut alius dispositionis moram vel modum vel aliud gravamen introducentis per l. 32. C. de inoff. testam.

THESES. XIV.

Verum enim vero his & aliis, quæ forsitan adhuc opponi possunt non obstantibus statuo Juri Civili legitimæ cum Trebellianica deductionem maximè contrariam esse, idque duabus tantum rationibus stabilire conabor.

THESES. XV.

Primam defumam ex ratione & intentione Legislatoris. Hic enim ideò concedit heredibus fiduciariis, qui gravati sunt restitutione, quartæ Trebellianicæ deductionem, ut hereditatem adeant & secundum Testatoris voluntatem alii, fideicommissario scilicet, restituant. §. 5. 7. de fideicommiss. hered. Cum autem filius heres universalis gravatus accipit Legitimam jureliberam, non potest hereditatem repudiare, quia legitima est pars hereditatis, & sic opus

opus non habet deducere quartam Trebellianicam, quia causa retinendi cessat.

THES. XVI.

Hæc intentio Legislatoris confirmatur
Secundo ex ipsius expressa dispositione, quæ
 habetur in *l. 6. C. ad SC. Trebell.* ubi Imperator Zeno Dioscorio Præf. Prætorio
 rescribens præcipit, ut, quoties pater vel
 mater filios vel filias heredes instituerit eosque
 fideicommissio gravaverit, dodrans seu
 novem uncix restituantur. Quadrantem
 ergo solum liberi ex dicta lege (Hodie
 Trientem vel semissem ut numerus liberorum
 fert,) deducunt, quem sive pro Legitima
 capiant sive pro Trebellianica perinde est.
 Et huic opinioni amicas manus præbent
Jo. de Imola in l. Centurio 15. de V. et P. S. Jason. ad l. generalis 6. pr. n. 4 C. de J. et Substit. Cujacius lib. 8. Obs. 3. Goveanus ad leg. 1. de vulg. et pupill. substit. num. 39. et seqq. Cuchus tract. de Legitima art. 13. n. 67. Gothofr. ad l. jubemus 6. C. ad SC. Treb.

THESES. XVII.

Sed & ad argumenta contrariæ opinionis, quam *Accursius*, *Fachineus*, *Jo. Bapt. Vivianus* & alii amplectuntur, aliquid respondendum est. Et quidem, quod *l. Marcellus 3. §. 2. ad SC. Trebell.* attinet, opinor eam plane nil probare, quia ibi una tantum quarta ex legatis & fideicommissis detrahitur. Non enim quarta duplicatur in isto textu, sed quarta una deducitur à rebus diversi generis. Itaque hic textus magis confirmat nostram opinionem.

THESES. XVIII.

Secundum argumentum magnam speciem habet ex *l. Papinianus 8. §. 14. ff. de inofficioso test.* deductum. Sed si textus accuratiori oculo inspiciatur nil præsidii adversariis suppeditat. Proponitur triplex ibi quæstio, 1. An ille, qui querelam inofficiosi Testamenti contra Testamentum in quo sibi aliquid datum est, movit & non vi-

cit, id quod in eo Testamento datum est, perdat? Respondetur, *ei tanquam indigno auferri.* 2. quæritur, Quid si id quod datum est rogatus sit restituere? Respondetur, *Non debet injuria fieri,* scilicet non perdit id quod datum est in Testamento, quia alias injuria fieret fideicommissario. 3. quæritur, Quid si heres sit institutus & rogatus restituere hereditatem deinde querelam movit & non obtinuit? Respondetur, *Id quod Jure Falcidia potuit habere solum perdere,* id est, Quarta Trebellianica tantummodo ex massa hereditaria deducitur & fisco ob improbam querelam fiduciarii, dodrans autem qui restat Fideicommissario addicitur, quia eidem, uti supra dictum est, non debet injuria fieri. Patet ergo ex his filium in judicio inofficiosi condemnatum planè nil deducere, & per consequens falsum esse ei adhuc jus esse ad Trebellianicam, cum deductio in hac lege ei expresse, sub nomine Falcidiæ, quæ sæ-

pé in Jure, pro Trebellianicâ sumitur, sit prohibita.

THES. XIX.

Aliter respondet *Ungepaür in Comment. ad Decret. de Testam.* & putat argumentum hoc desumptum esse à contrario sensu, quam argumentationem sæpé fallere ait. Sed per hactenus dicta patet hanc responsionem esse insufficientem.

THES. XX.

Tertium argumentum maximi ponderis esse videtur, sed cum pace adversariorum Majorem propositionem probatorii argumenti negabo. Non enim sequitur, *Legitima ex autoritate Legis debetur & invito quoque parente relinqui debet, Ergo si pater eam relinquit ex judicio paterno non percipitur.* Licet enim antecedens verum sit, attamen & in Testamento, ubi titulo institutionis relicta est, ex judicio paterno simul dependet; Quis enim neget eo in casu Patrem vel Matrem serio cupere & velle (id enim est ju-

judicium paternum) ut Legitimam filius habeat, si ergo Pater serió vult, ut Legitimam filius habeat, ex iudicio defuncti simul eam habet & per consequens eam pro Trebellianica accipere tenetur,

THES. XXI.

Dixi supra, quæstionem de *Legitimæ imputationem Trebellianicam*, Jure Canonico decisam esse per *Cap. Raynut. & Raynaldus X. de Testam.* in quibus textibus expressé dicitur filium Fideicommissio gravatum præter Legitimam etiam deducere posse Trebellianicam. Id quod Innocent. III. & Greg. IX. non de novo introduxerunt sed jam sub initiis reproducti Juris Justiniani propter favorem liberorum, ne deterioris essent conditionis quàm hæredes extranei, receptum fuisse docet *Schilterus Exercit. ad Pand. 40. §. 16.*

THES. XXII.

Azo vero & *Accursius* qui sputa Justiniani superstitione lingebant, cum hanc juris-

jurisprudentiam Legibus Romanis haud convenire cernerent, distinctione quâdam Conciliationem aliquam tentarunt Restringendum enim usum fori & Jus Canonicum esse docuerunt ad liberos sub conditione vel in diem gravatos, ita ut liberi purè gravati non possint duplicem detrahere quartam. Quorum DD. autoritas ita invaluit, ut in praxi seu in foro novum quasi Jus constituerit. vid. *Carpzov. p. 3. Const. I. def. 21. Philippi in usu pract. ad Inst. l. 2.*


THESES. XXIII.

Sed si licitum est cum aliis mentem de distinctione hac aperire, puto eam, quantum ad Theoriam Juris Canonici rectissimè esse oppugnatam à multis, quos allegat *Schiltnerus cit. Exerc. §. 22.* Distinguit enim Pontifex nec expressè nec tacitè, cur ergo ei affingamus talem mentem, quæ insuper nec parum congrua esset; Nam sic liberi sub conditione gravati melioris sunt conditionis, quam purè gravati, cum tamen priores sentiant interim commodum ex fructibus hereditatis.

THESES. XXIV.


Summa ergo hætenus quoad Questionem hanc dictorum huc redit: I. *Liberi fideicommissò gravati Jure Civili non deducunt duplicem quartam.* II. *Jure Canonico vero indistinctè deducunt.* III. *De Praxi vero distinguendum inter liberos gravatos purè & non purè, ita ut illi possint duplicem deducere quartam, hi non nem.*

FINIS.



Strassburg, Diss. 1711-15

X 2310583





DISSERTATIO INAUGURALIS
DE
IMPUTATIONE
LEGITIMÆ ET
ALIARUM RERUM IN
TREBELLIANICAM

Quam
Præside DEO
Ex Decreto Illustris & Magnifici
Iudiciorum Ordinis
In hac REGIA Argentoratensium
Universitate

PRO LICENTIA
Summos in utroque Jure honores & Privilegia
Doctoralia ritè obtinendi
Solemni Disquisitioni sistet
ad diem 17. Sept. 1714.
LUDOVICUS CLAUDIUS
GABRIEL,
Metensis.

ARGENTORATI, Literis DANIELIS MAAGII.

17147
29

